



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Sacerdotem sibi ignotum corripit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Predictio.

Eius rei
inratus te-
stis est sa-
cerdos, sa-
roris pri-
maris hu-
mus viri fr-
atris.

CONSTANS olim fama per Vrbem
erat, virum quendam præclaro
genere ortum Ecclesiasticis digni-
tatibus ornatum, cuius nomen cō-
sultò reticetur, Cardinalium Col-
legio eo ipso anno, xv. kal. Ianuar.
adscribendum: id simul atque Phi-
lippus audiuit; is dixit, non in præ-
sens modò, verùm ne in posterum
quidem Cardinalatus honorē con-
sequetur: prædictionem compro-
bavit euentus, siquidem Clemente
Octavo Pontifice Maximo, nullis
ei nouarum dignitatum accessio-
nibus factis, obiit Romæ.

Hanc rem
is ipse Pro-
sper iure-
surando
testatur.

Sacerdotem sibi ignotum corripit.

SVb idem temp° vt arbitror, Pro-
sper Somaius sacerdos nostram
ingressus Ecclesiam à Philippo cō-
festim vocari se sensit, vocatusque
adfuit: tum ille, te idcirco accersui,
inquit, vt moneam, ne sacerdos cū

fis

Christi
1587

Sixti V. Pap.
3

Ætatis
73

317

sis, mulieres contingere audeas, ne-
ue te in feminarum consuetudinem
inducas; hæc enim facere sacerdo-
tem minimè decet, cui^o partes sunt
castitatem totis viribus colere. His
ille auditis mirandum illico in mo-
dum obstupuit, eoqué vel maximè,
quod nec ille Philippum, nec illum
Philippus nouerat.

Iesu Christi anno Sixti V. Pap. anno Ætatis anno
1588 4 74

Futura & absentia prospicit.

Anno deinde millesimo quin-
gentesimo octogesimo octauo
Helena nobilis mulier Tamiriæ
Ceulæ filia vterum cum gestaret
Septembri mense instante partu,
quod fetus non effunderet, accer-
titur Philippus; is feminā mox ma-
nu prehendens circa cubiculū de-
ambulare iubet; quod dum fieret,
preces ille ad Dominum fundebat
pro ea: Tum ubi discessum parat, in-
stat benignè mulier, nasciturum in-
fantem

Huius rei
iuratam
testem hæ-
bemus Ta-
miriam
no bilem
feminam.